



Samhain

Samhain erat festum Celticum, quod a Gallis nocte pridie Kalendas Octobres et Kalendis Novembribus celebrabatur. Hoc initium hiemis et ita finem messium significabat – hoc tempore pecus mactabatur et ultimae fruges colligebantur. Samhain tempus erat coniunctionis cum maioribus mortuis, qui – ut credebatur – familiares suos in domibus visitare poterant. Qua de causa magna convivia habebantur. Pyras rituales etiam ad purgandum accendebantur.

Nominis originis explicatio

“Samhain” a vocabulo Hibernico antiquo “Samain” vel “Samuin” originem trahit, quod verisimiliter e vocabulo Proto-Celtico “samani”, quod “conventum” significabat, derivatur.

Ritus

– Celtae exspectabant, dum ignes in domibus suis extincti essent. Hoc animas errantes mortuorum, quae in domibus non gratae erant, detertere debebat

– ignis enim eis quasi invitamentum fuisset. Exstinctio focorum etiam finis anni significabatur.

– Druidae nova focorum incendia accendebant et precantes sacrificia offerebant. Hunc ritum reliqua pars populi circa ignes saltans, saepe etiam potiones alcoholicas bibens, observabat. Ritu peracto homines faces ab igne accendebant, quibus deinde ad ignes domesticos accendendos utebantur.

– Quia tempore Samhain finis inter mundum humanum et supernaturalem obscurabatur, non solum animae mortuorum, sed etiam Aos Si, spiritus vel quaedam nymphae, ad mundum humanum pervenire credebatur. Eas deprecari oportebat, ut homines animaliaque hielem superare possent. Eo concilio cibus et potus eis ante domum relinquebatur.

– Cibus quoque animis maiorum parabatur, quae domos propinquorum viventium visitaturi erant. Epulae eis parabantur et quaedam sedes vacuae ut convivio iungere possent, relinquebantur.

Ritus magni momenti in Samhain erat se ut animalia vel Aos Si vestire et domo domum ambulare. Haec pompa saepe cum recitatione carminum vel scaenarum brevium agendarum pro cibo coniungebatur. Ipsa vestis destinata erat ut homines similes Aos Si faceret, quo pacto ab eis non minarentur.

Hic ritus paulatim in Halloween, quod anglicum nomen est, festum toto orbe terrarum notum evolutum est, quod hodie praecipue in Civitatibus Foederatis Americae, Britannia et Hibernia celebratur. Tempore Halloween, homines (praesertim liberi) se monstris similes vestiunt et per viciniam ambulant, fores pulsantes et clamantes “dulcia aut dolum”. Nisi dulcibus donentur “dolos” facere possunt, saepe minus iucundos.

Hodie

Tempore nostro festum Samhain omnino non oblitum est – etiamnunc in circulis neopaganis, praesertim in paganismo Celtico atque religione Wicca celebratur.

Samhain to celtyckie święto, które obchodzone było przez Galów 31 października i 1 listopada. Wyznaczało ono początek zimy, a tym samym koniec żniw – przez to żarzynano bydło i zbierano ostatnie plony. Czas Samhain uznawany był za czas komunikacji z przodkami, którzy mogli odwiedzić członków rodziny

w ich domu. Z tego powodu wystawiano pokaźne uczty. Rozpalano także rytualne ogniska, które miały pełnić funkcję oczyszczającą.

Etymologia

“Samhain” pochodzi ze staroirlandzkiego słowa *Samain* bądź *Samuin*, które z kolei wywodzi się najprawdopodobniej z praceltyckiego *samani*, czyli zgromadzenie.

Obrzędy

Celtowie czekali, aż dopali się ogień w domowych ogniskach. Miało to odstraszyć zbłąkane dusze zmarłych, które nie były mile widziane w domach – ogień byłby dla nich zaproszeniem. Wypalenie się ogniska było także symbolem końca roku.

Druidzi rozpalali nowe ogniska i modląc się składali ofiary. Obrzęd ten obserwowała reszta ludności, która tańczyła wokół ognisk, często pijąc przy tym alkohol. Po zakończeniu rytuału ludzie odpalali od ogniska pochodnie, którymi rozpalali później domowe paleniska.

Ponieważ w trakcie Samhain granica między światem ludzkim a nadprzyrodzonym zacierała się, wierzono, że oprócz dusz zmarłych do świata ludzi docierały także Aos Si, czyli swego rodzaju duchy lub wróżki. Należało je przebłagać o przetrwanie ludzi i zwierząt w trakcie zimy. W tym celu zostawiano dla nich jedzenie i napoje przed domem.

Jedzenie przygotowywane było także dla dusz przodków, które miały odwiedzać domy żyjących krewnych. Wystawiano dla nich uczty i zostawiano puste miejsca, aby mogły dołączyć do przyjęcia.

Ważnym obrzędem związanym z Samhain było przebieranie się za zwierzęta lub Aos Si i chodzenie od domu do domu. Często łączono ten pochód z recytowaniem wierszy bądź odgrywaniem krótkich scenek w zamian za jedzenie. Samo przebieranie się miało upodobnić ludzi do Aos Si, dzięki czemu nie byli oni przez nie zagrożeni.

Obrzęd ten z czasem przerodził się w znane na całym świecie Halloween,

które w dzisiejszych czasach obchodzi się głównie w Stanach Zjednoczonych i Wielkiej Brytanii oraz Irlandii. W czasie Halloween ludzie (głównie dzieci) przebierają się za potwory i przechadzają się po sąsiedztwie, pukając do drzwi i krzyzcząc "cukierek albo psikus". Jeśli nie zostaną poczęstowani słodyczami, mogą zrobić "psikus", często niezbyt przyjemny.

Współcześnie

Samhain nie zostało całkiem zapomniane – obchodzi się je dalej w kręgach neopogańskich, głównie w pogaństwie celtyckim i wicca.